



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De s[an]cto theophilo ep[iscop]o. alexand. Cap[itulum]. clxxviiij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

Liber

De sanctis Darino et Asterio
martyribus. Cap. clxxi.



Marinus miles et aste-

rius senator apud cesaream pale-
stine sub valeriano imperatoris
persecutione passi sunt. De quo-
bus habet. viij. ecclesiastice hys-
to:ie libro. Quorum prior civis
hierosolyme clarus a comilitonibus accusatus
quod esset christianus: datusque sibi a iudice spacio tridui
horarum ad deliberandum: an sacrificare: an mori
eligeret. Interim quoque a sancto theoteno eius-
dem urbis episcopo confortatus: dum immola-
re renuisset pro christo decollatus est. Eius cor-
pus cum asterius truncatum subiectis humeris
et expollata veste et cepisset: et sepelisset. Hono-
rem quem martyrum detulit continuo martyr ipse
se accepit. De quo Asterio scribitur ubi supra:
quod dum esset apud cesaream philippi que tunc pa-
neas dicitur: et gentiles suo more idolis immo-
larent: victima arte demonis subito rapiebatur:
et nusquam comparens celo delata putabatur. Quod
dum sanctus fieri cerneret: orationem fudit ad
dominum. Et ecce victima que credebat assum-
pta: aquis superferri conspicitur: et populus ab erro-
re convertitur. Passi sunt autem. v. nonas martij.

De sanctis Emitterio et Helido
natio martyribus. Cap. clxxij.



Emitterius et heli-

donius martyres: ut scribit aure-
lius clemens in libro coronatorum:
primum apud legionum gallicae civi-
tatem exurgente persecutionis. p-
cella. p. confessione nominis iesu christi plurimis
tormentis afflicti: deinde calagurium usque producti
atque ibi capite cefi martyrio coronati sunt. In
quorum decollatione anulus vni et stolla alba al-
terius nube suscepti et in celum euecti sunt: quos
usque ab assistentibus anuli aurei fulgor et limbecki
candor: intentis luminibus discerni potuerunt.
Passi sunt autem. v. nonas martij.

De sancto lucio papa et mar. Cap. clxxij.



Lucius papa et martyr

natione romanus ex parte porphyrio
Cornelio pape in episcopatu romano
succedit: et sedit annos tres: menses tres: et dies
tres. Hic precepit ut duo presbyteri et tres dia-
coni in omni loco episcopum non desererent: p-
pter testimonium ecclesiasticum et stilum erroris.
Hic primum in exilium missus: demum ad ec-
clesiam suam reuersus a valeriano capite trun-
catus martyrio coronatur. Et sepultus est cum
collegis suis episcopis via apia in cimiterio ca-
lyxtri. iij. nonas martij. Et cessauit episcopatus
dies quinque.

De sanctis Laio et socijs mar. Cap. clxxij.

Tertius



Alius palatinus et

alii viginti septem martyres apud
urbem romanam passi sunt. Qui
omnes maris fluctibus immeriti
victorie coronas a domino per-
cipere meruerunt quarto nonis
martij: ut dicitur ado.

De sanctis nongentis mar. Cap. clxxv.



Nongenti martyres

rome via apia passi sunt. Qui om-
nes vna die laurea martyrum coro-
nati: positi sunt in cimiterio ad san-
ctam ecclesiam. iij. nonis martij. Ibi
et tumulari digna fidelium deuotione veneran-
tur. Dec ado.

De sancto phoca martyre. Cap. clxxvi.



Phocas martyr apud

antiochiam passus est. Qui post
multas quas pro christi nomine re-
deptoris est passus iniurias: qua-
liter de illo antiquo serpente tridui
phauerit usque hodie populis declaratur. Nam
si in quempiam in locis illis coluber venena dis-
funderit: mox ut ianuam basilice martyris cre-
dens attigerit euacuata virtute veneni saluatur.
Sed et longe satis ab eius templo aialia que est
mortifera appropinquare non audent. Passus est
aut. iij. nonis martij. Dec ado.

De sancto Theophilo epo turris
stratonem. Cap. clxxvii.



Theophilus eps

pa-
le-
stine ciuitatis que quondam tur-
ris stratonis siue cesarea dice-
batur: nunc pro paneas dicitur: sub
severo principe insignis sapie-
tia et conspicuus sanctitate ad modum effulsit.
Qui inter cetera laudabilis cum ceteris episco-
pis synodicam et vtilem valde: aduersus eos qui
cum iudeis luna decima quarta pascha celebra-
bant: composuit epistolam. Et quiescit in domo
no tertio nonas martij. Hec Hieronymus de
viris illustribus.

De sancto theophilo epo alexan. Cap. clxxviii.



Theophilus episco-

pus alius scilicet alexandrinus
studio et doctrina clarissimus
extitit. Hic aduersus Origenem
grande scripsit volumen: in quo
ipsum et omnia fere sua pariter
damnat: docens illum a sanctis patribus et ma-
xime ab heraclea fuisse a presbytero electum: ec-
clesia pulsum: urbe fugatum. Scripsit et con-
tra antropomorphitas hereticos asserentes deum
humana effigie et membris constare humano

De sanctis in mēse martij occurrētibus Folio. lxxij.

eos longissima disputatione confutans. Tres libros sub illius nomine inscriptos se legisse: sed eis non multum credidisse propter stili dissonantiam tradit Bēnadius: qui hec de illo scripsit.

De sancto Martiano episcopo et martyre. Cap. clxxix.



Martianus martyr et episcopus apud terdonam passus est sub adriano imperatore agente prefecto sapritio. Qui a ciuitate mediolanensi ad partes illas ab imperatore delegatus ciuitate terdonā ingressus: martianū de xpianitate suspectū in carcere reclusum inuenit. Ad quē visitandū sanctus secundus miles tam a ca locero in ciuitate asten. in fide edorus: sed occultus xpianus cū sapritio venerat: eūq; satis videre desiderabat. Tunc educente ipm angelo martianus de carcere exiit: et sedm visitauit: atq; in dño confortauit: vt dicebat in passione secundū iij. kalen. aprilis. Post hec secundus mediolanū iuit: et ad sanctis faustino et iouita baptizatus fuit vt superius in corū passione dictum est. xv. kalen. martij. Corpus quoq; dñcum quod eis columba de celo detulerat: ab eisdem susceptum: partem ipsius martiano derulit: quē terdone in carcere reliquit. Rediens autē secundus cū iasnor esset: et ad ripā padū venisset: angelus dñi frenū equi accipiens super padū ipm transuegit: et vsq; ad terdonā perducens ad martianū in carcerem introduxit. Qui et secundus munus encharistie ex parte faustini presentauit: quo suscepto: secundus angelico mādato ad suū hospitiū rediit. Post hec martianus eductus de carcere cū laminis ferreis candentibus super verticē eius appositis illesus permansisset: a sapritio capitalē sententiā accepit. Et secundus corpus eius rapens sepeluit secūdo non. martij.

De sanctis Victor et Victorino mar. Cap. clxxx.

Victor et Victorinus martyres apud nicomediā ciuitatē passionis gloriā perceperunt. Qui per triennium cum claudiano et bassa vxore eius tormentis multū afflicti: et retrusi in carcerem. Ibidē vite sue cursum cū palma martyriū compleuerunt. ii. non. martij. Hec ado.

De sancto Thoma de aquino confessore. Cap. clxxxij.



Thomas confessor ordinis predicatorum ex illustri prosapia comitum de aquino patre laudulpho comite matre theodora nobilitate de neapoli in confinis campanie et regni sicilie extitit oriundus. Lius ortus et vite progressus antequā naceret: fuit diuinitus

premonstratus. Nā a quodā heremita re et noie bono in partibus illis solitariā vitā ducere: martii eius existenti in castro suo noie rocha sicca: et q̄ esset pregnans adhuc ignorati fuit. p̄phetarū: q̄ filiū pareret Thomā noīandū: ordinis predicatorū habitū et regulā assumpturū et preclarū sapiētia in toto orbe futurū. Que omnia vt predicta sunt cōpleta. Natus ergo puerulus thomas vocatus est. Quē cū die quadā nutrit balnearēt strictā cedulā vidit in manu ei: quas cū de manu ipsius vix mater auelleret: reperit in ea scriptā salutationē āgelicā. Sed puer fletibus et signis cedulā instāter reperit: quē sibi traditam. prius in ore positā trāsglutiuit. Et extūc in consuetudinē duxit: vt si quādo fletet: nunq̄ desisteret: nisi aliqua sibi charta vel liber presentaret. Et cū adhuc vix scīret aliqua vba differere: cū libros videret ad eos festināter currebat. et chartas reuoluens tali se ludomore puerorū exercebat. Cū autē esset annorū. v. traditus ē a p̄e abbati monasteriū cassinē. vt ibi libris erudiret. Quē abbas vidēs eē mirabilis indolis ad patrē remisit: vt ipm ad neapolitanum studiū destinaret: perfectus sapientia imbundū. Pater ergo ipsum annorū. x. neapolim destinauit: vbi in liberalibus sciētis modico tēpore oprime profecit. Sed cum sepius ad locum predicatorū pergeret: et fratrum sermones audiret: delectatus illorū sapientia et regulari vita relicto seculo annorū. xij. ordinē ingressus est: vbi sanctis operibus et studio sacre sapiētie vacare cepit. Quod fratres eius carnales patre tā defuncto audientes moleste tulerunt: et prius quidem ad ipm venientes: eumq; ab ordine reuocare nitētes: nihil prius profecerūt. Tandem ab ipsis thomas violenter rapitur: et quasi per biennium turris custodie mancipatur. Cūq; nec minus nec blanditijs posset a p̄posito reuocari: p̄ specie puelle impudice ad eum introducte: subuertere querūt animū innocētis. Qui mox de igne tritonē arripens suggestionē ignite libidinis extra camerā effugauit. Factoq; signo crucis i orone se p̄strauit: petēs cū lachrymis a dño sibi dari p̄petue continentie castitatem. Vox oranti duo angeli affuerūt dicentes ipsum a deo clementius exauditus: qui etiam cum cingulo quodam circa renes stringentes dixerūt: quod nullatenus dissoluetur. Et extunc in vira sua nunq̄ sensit stimulum venere voluptatis. Tandē mater ipsius dubitans diuine resistere volūtatī: et recordata eorū que de ipso predicta fuerant: ipsa permittente per fratres ordinis ad ordinē est reductus: et quod sanctus dubitabat ne adhuc carnaliū fratrum persequeret priuata: et curauit de neapoli discedere: missusq; romā ad capitulū gñale: inde cū magistro iohāne teutonico fuit parisijs ibidē in sacre theologie studio mancipatus. Deinde missus colonā magis albertū virū sapia mira-